



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.  
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

**Contzen, Adam**

**Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI**

Quæstio 1. An hinc Genethlicorum errores firmentur?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

*Reges erat inflar me-  
diocrium  
principum  
aut comi-  
sum.*

dixere suorum oppidorum, & prouinciarum reges. Neque enim Artacidis, aut Romanis eos regibus, ad-  
equamus, sed minoribus, qui sub magnis regibus  
viuebant. Magna erat eorum multitudo, vt ex Ti-  
granis vita constat, quem regum minorum turba am-  
bibat, vt nunc regem suum principes. Fuisse autem  
olim multos, & paruarum ditionum reges, tum alia  
docent, tum vero Ieremias 25. 19. vbi aduersa denun-  
ciat Pharaoni, deinde cunctis regibus terra Ausitidis, siue  
Hui, & cunctis regibus terra Philistim. Et cunctis regibus Tyri,  
& vniuersis regibus Sidon, & regibus terra Insularum quae  
sunt trans mare. Et cunctis regibus Arabia. Ecce quam mul-  
ti reges in vna ditione aliqua. Sic cuncti reges Arabia  
Salomoni tributa offerunt. 3. Reg. 10. 15. & 2. Par. 9.  
14. Denique eiusmodi reges fuisse antiqua est in Ec-  
clesia traditio, siue existimatio, quam cum Nouato-  
res inductam a Papistis nugantur, vetustissimos quoq;  
Papistas vocent necesse est.

*Parthi in  
signa re-  
tulerunt.*

At Herodes Persarum, aut Parthicos reges non excepisset.  
Haec ratione, si quid effici posset, nec ex Perside, nec al-  
ijs locis quae Partho parebant, venire Magi ad Hero-  
dem potuissent, hostem experturi. At meminisse o-  
portuit Bezam, hoc tempore cum Parthis pacem fuisse  
firmam, nec vllum tota Asia bellum, itaque & Par-  
thi Romano in imperio tuti versabantur, & Herodi  
in foederatos nihil permillum erat. Veniebant sane ex  
omnibus regnis ad templum Ierosolymitanum eius  
sanctitate permoti, etiam ex Perside, quemadmodum  
videmus in actis apostolorum, & multa hoc  
probant historia.

§. 6. Occurrit Beza tamen. Si Genebrardus Parisiensis  
Theologo creditur: Haec est vetus Ecclesiae traditio. Cedo qui-  
bus testibus? Tertulliano, inquit, Augustino, Hila-  
rio, Hieronymo, opponit ille Chrysostomum, Theo-  
doretum, Cyprianum, Nyssaum, Cyrillum, qui re-  
ges esse nec negant, asserunt. Nos quemadmodum  
asserentibus credere possumus, ita alios qui non ne-  
garunt contra affirmantes stare non putamus. Inter-  
rim Tertullianus reges asserit, quia Psalmum 71. de re-  
gibus Arabiae illis attribuit: & magos reges habuisse  
orientem cum multis scriptoribus affirmat. Verum hic  
quoq; Beza Tertulliano insultat, quod dicat Damasci-  
um ait, deputatam Arabiam, Christum accepisse spolia Damas-  
ci. Arabia late inter duo Maria funditur, & Damas-  
cum attingit. Negat deinde Orientem magos fere ha-  
buisse reges. Sed quia omnium sententijs repugnat,  
concedit alijs verbis Magos fuisse reges Orientis, dum  
ait Magia studiosos fuisse. Imo verè scripsisse Ciceronem  
l. 3. de nat. Deorum. Neminem esse potuisse Persarum regem,  
qui non antea Magorum scientiam & disciplinam percepisset.  
Tuam fidem Beza; an studiosus Magiae non videtur  
tibi magus esse, saltem iam initiatus magici mysterijs,  
cum Magum faciat commercium demonis, & mini-  
ma etiam infernalium & mysteriorum cogni-  
tio; an ne is quidem magus est, qui magorum scientiam  
& disciplinam percepit, retinet, propugnat. At errat  
Tertullianus. Hoc nondum probatum est: Hoc nobis  
satis est, Magos à Tertulliano dici reges, idque libro  
contra Iudaeos, quo ostendit, communem eam esse  
sententiam Christianorum. Augustinus l. 3. de mirabi-  
libus scripturae c. 3. variam lectionem esse non ignoro,  
imo nec Augustinum auctorem arbitror, aliud sensit  
Genebrardus. Apud Cyprianum historia Magorum  
non textitur, nisi auctor de cardinalibus operibus sit  
Cyprianus. Ille tamen magnos, & illustres viros fuisse  
significat cum ait. Nec potuerunt Palestinae incolae latere tan-  
ti nominis persone. In vrbe autem, vbi tot principes e-  
rant, & magnates, latere poterant, nisi ipsi principes  
& reges essent. Reges enim dynastas dicere scriptura  
solet.

*Beza sibi  
contradi-  
cit.*

Nota erant  
Israelitis  
personae re-  
gum.

*Tertullia-  
nus ex co-  
suetudine  
Ecclesiae re-  
gibus Psal-  
mum ac-  
commodat.*

*Beza sibi  
contradi-  
cit.*

*Beza sibi  
contradi-  
cit.*

*Beza sibi  
contradi-  
cit.*

*Beza sibi  
contradi-  
cit.*

*Beza sibi  
contradi-  
cit.*

§. 7. Magi igitur, regesque fuerunt, & stellam cum  
viderunt, alia simul reuelatione Christum natum es-  
se cognouerunt, atque ita itineri sese accinxerunt.

Etiā de numero disceptatur, de quo nihil aliud  
habeo dicere, quam esse hanc traditionem antiquam fuisse anti-  
simam, nullo modo verum; quod ait Caluinus, esse qua tradi-  
figmentum Papistarum. Papistas, inquit, vt tres fingerent, tio.  
puerilis error induxit, quia dicit Martheus obrulisse aurum,  
ibid. & myrrham, Quasi vero distincte singulis proprium mu-  
nus assignet. Addit apud auctorem operis imperfecti  
quatuordecim recenseri.

Mhi omnino placet à Papistis fictum dici. Nam  
Papistarum antiquitas, ac progenitores agnoscuntur  
ex hoc, quod figmentum esse flagit ipse. Augustinus  
serm. 1. de Epiph. Ipsi enim magi, qui ad illa celestis pueri Tres regi,  
cunabula, stella indicio perueniunt, quid aliud expresserunt tria mun-  
eris muneribus, nisi fidem nostram? In eo enim quod tria of-  
feruntur, Trinitas intelligitur. In eo vero quod Tres sunt, & gnificet,  
singuli singula offerunt, in Trinitate vnitas declaratur. Secu-  
ti sunt cum alijs, quos nominare opus non est. Augu-  
stinus itaque ex recepta sententia loquitur, quasi apud  
omnes in consensu esse, tres esse. Mysterium enim ter-  
nario indicari proficetur, quod omnino vanum esset,  
nisi & ille iudicaret esse tres, & hanc esse mentem Ec-  
clesiae, cui praedicabat, perspectum haberet.

## VERSVS 2.

Vidimus enim stellam eius in oriente,  
& venimus adorare.

## QUESTIO I.

An hinc Genethliacorum errores firmen-  
tur?

§. 1. Fallax Mathematicorum, hoc est, Veneficorum  
genus, damnatis artibus vndique co-  
mendationem, praedictumque petiuit. Iam olim in petum  
martyrum Ecclesia stellam istam ad sua seita trahere  
bant. Tertull. de Idololatr. c. 6. De astrologis ne loquenda  
quid est. Sed quoniam quidam istis diebus promouit defendens  
sibi persuerantiam professionis istius pauci vtat. Non allego Genethliacorum  
quod idola honoret: quorum nomina caelo inscriptis, quibus o-  
mnem Dei potestatem addidit: quod propterea homines non pu-  
tant Deum requirendum praesumentes stellarum nos immuta-  
bili arbitrio agi Vnum propono, Angelos esse illos desertores Dei,  
amatores seminarum, proditores etiam huius curiositatis, pro-  
pterea quoque damnatos à Deo. O diuina sententia vsque ad  
terram pertinax, cui etiam ignorantes testimonium reddunt?  
Expelluntur Mathematici sicut Angeli eorum. Vrbs & Italia  
interdicitur Mathematicis, sicut caelum & Angelis eorum. Ea-  
dem pena est exilij discipulis & magistris. Sed Magi & Astro-  
logi ab oriente venerunt. Scimus Magia & Astrologia inter se  
societatem. Primi igitur stellarum interpretes natum Christum  
annunciauerunt, primi munerauerunt. Hoc nomine Chri-  
stum (opinor) sibi obligauerunt. Quid tum? Ideo nunc &  
Mathematicis patrocinabitur illorum Magorum religio? De  
Christo scilicet est Mathesis hodie, stellae Christi, non Saturni  
& Martis, & cuiusque ex eodem ordine mortuorum obseruat,  
& praedicat. At enim scientia illa vsque ad Euangelium fuit  
concessa, vt Christo edito nemo exinde natiuitatem alicuius de  
caelo interpretetur. Haec ille contra sui temporis Mathe-  
maticos historia sacra ad genesis abutentibus.

§. 2. Errorem illum falso Manichaei Catholicis Manichaei  
imponebant, quasi dicerent, stellam esse satum pueri, ita calumniam  
l. 1. contr. Faustum c. 1. Augustinus. Inducit enim stellam ti Catholi-  
objiciebat Faustus, quae confirmaret Genesim: Augusti-  
nus lib. 1. cap. 5. tam Mathematicorum errorem  
quam Fausti calumniam retundit. Calumniam  
quidem

quidem hinc verbis. Et nos quidem sub sato stellarum nullo hominum generis ponimus, ut liberum arbitrium voluntatis, quo vel bene, vel male vivitur, propter iustum iudicium Dei ab omni necessitatis vinculo vindicemus: quanto minus illius temporalem generationem sub astrorum conditione credimus factam, qui est æternus vniuersorum creator & Dominus: Itaque illa stella quam viderunt Magi, Christo secundum carnem nato, non ad decretum dominabatur, sed ad testimonium famulabatur: nec enim subiebat imperio, sed indicabat obsequio. Proinde non ex illis erat hac stellis, quæ ab initio creatura itineris suorum ordinem sub creatoris lege custodit, sed nouo virginis partu nouum fidem apparuit, quod ministerium officij sui etiam ipsi magi querentibus Christum, cum ante faciem præiret, exhibuit, donec eos ad ipsum locum ubi Dei verbum infans erat, praeuenire perduceret.

Quibus rationibus & veteres refutat, & nostros, dum arbitrij libertatem contra rigidos Caluianos Manichæorum & Borboritarum progeniem tuetur.

Mathematicos hunc in modum argumentando conuincit. Qui tandem astrologi ita constituerunt hominum nasciturum sata sub stellis, ut aliquam stellarum homine aliquo nato, circuli sui ordinem reliquisset, & ad eum qui natus esset pertransiret assuerent: Sortem quippe nascentis, astrorum ordini filia colligari arbitrantur, non astrorum ordinem, ab hominis nati diem posse mutari. Quapropter si stella illa exisset quæ in calo peragunt ordines suos, quomodo poterat decernere, quod natus Christus acturus erat, quæ nato Christo iussu est relinquere quod agebat: Si autem ut probabilius creditur, ad demonstrandum Christum, quæ non erat, exorta est, non ideo Christus natus est, quia illa exiit: sed illa noua exorta est, quia Christus natus est. Unde si dici oporteret, non stellam Christo, sed Christum stellæ fatum fuisse diceremus. Ipse quippe illi, non illa huic nascendi attulit causam. Si ergo sunt fata quæ a fando, id est, a dicendo appellata sunt, Quoniam Christus verbum Dei est, in quo antequam essent dicta, sunt omnia, non consortium siderum fatum Christi fuisse, sed fatum etiam siderum Christum fuisse, qui & ipsam carnem sub calo creatam ea voluntate assumpsit, quæ etiam calum creauit, ea potestate deposuit & recepit, quæ etiam sideribus imperauit.

Plura de hoc genere Aug. l. 3. de ciuit. & serm. 6. de Epiph. pessime igitur Priscillianistæ, qui naturali sagacitate ex stella ortum Messæ coniecit, asserunt.

§. 3. An ista stella fuerit, de qua olim Balaam vaticinatus est, Num. 24. 17. cōtrouersiū est. Affirmat Irenæus. 1. aduers. hæreses, c. 9. Vnus igitur & idem Deus, qui a Prophetis predicatus est, & cuius & stellam Balaam quidem sic prophetauit: orietur stella ex iacob & surgit dux in Israël. Eodē modo Cypri. de stella & magis, Origenes hom. 13. in Num. Basil. hom. de humana Christi generat. video multos recentiores in eadem sententia esse. Hoc tantum modo diffcultate adferre videtur, quod stella magorum dux non ex iacob, sed ex oriente fuerit. At Balaam ex iacob ortituram prædixerat, multiq; Christum ipsum, qui ex Israele ortum habuit, stellæ nomen. Si significatum arbitrantur. Mihi sane vtrunque probabile videtur, Christum nimirum vocari stellam, & virginem in Numeris, in eo enim cōsentiant omnes. Deinde hanc etiam stellam eadem prophetia Magis in sinuatam. Nec abs re fuerit, si stellam dicamus ortam in Iudæa in orientem venisse, aduocaturam Christo veros adoratores: nec enim dicunt, ortam in oriente stellam, sed vltam.

## QVÆSTIO II.

An venerint adorare?

§. 1. CVM duplex sit cultus; laici, quæ soli Deo, & illa, quæ creature vel ob naturam, vel gratiam donadefertur, magna constantia SS. PP. docuerunt, Magos diuinum Christo cultum exhibuisse. Tertull. Orig. Cyprian. Hieron. August. omnes pene quorum

Adam. Conzen in Enang. Tom. I.

recordor, adorationem hanc religiosam, & latram interpretantur. Vbiq; legitur Iuuenis Presbyteri veri versus:

Thus, aurum, myrrham, regique, hominiquæ, Deoque  
Donasunt

Et Sedulij:

Aurea nascens fuderunt munera Regi.

Thura dedere Deo, myrrham tribuere sepulchro.

Caluinus pietatem, & adorationem in ambitione, & ciuilem honorem conuertit. Quantum verò, inquit, ad ipsos spectat, non venerunt ad exhibendum Christo pietatis cultum, qualis debetur Filio Dei, sed Persico more volebant salutare, quasi præstantissimum Regem. Neg. enim de eo plus temerariū est, quam singulari potentia & dignitate fore bitiosi & præditum, ut populos omnes merito in sui admirationem & reuerentiam conuerteret. Fieri etiam potest ut capere voluerint eius gratiam ante tempus, quo sibi proprium & fauentem haberent, si forte contingeret Orientali imperio eum potiri.

Mirum non dixisse, illis sportulas esse expectatas more Romano. Tria porro eius pronuntiata sunt, quæ Ariani, alijsque impijs opportuna sunt. Venisse ad exhibendum regi, non Dei filio cultum. Deinde non plus de eo tenuisse, quam singulari potentia & dignitate præditum fidem profere. Tertio captasse gratiam, ante tempus, si forte contingeret eum orientali imperio potiri.

Taceo iam omnes interpretes aliud sentire, rem ipsam spectemus. Nō est dubium quin venerint adoratum, ut Messiam, ut Christum, ac proinde ut mundi redemptorem, ac filium varunt le- Dei, non ergo ut regem tantummodo, vel Monarchā, sicut ut cui ciuilia obsequia præstarent. Hoc adeo perspicue contextus ac consequentia declarant, ut ambigere nefas sit. Querunt enim ubi nasciturus sit ille rex Iudæorum, non quilibet, sed ille qui redempturus sit Israel. Alioqui Herodem potius præfenti imperio fratrum, aut Augustum, aliumue adorassent; nec gratiam infantis cum certo discrimine, & regnantium offensione quaesissent. Quod si potentia regem æstimarent, Augusti numen longe maius adorassent; at nunc fugi-

Non A-  
gentes prælustria potentissimorum limina, videntes gustum, sed stellam gaudij sunt magno gaudio, magno valde, huiusmodi militemque calam subiere. Christum vero agnouisse, coluerunt, & quæsi, Herodis gesta docent: conuocato enim consilio inquit, ubi Christus nasceretur? & illo respondente, Bethlemam misit. De Christo igitur, humanique generis saluatore querunt, qui filius altissimi vocabatur, qui cornu salutis erectum erat, qui omnium erat Dominus. Eam magi Iudæis notum, a Prophetis prædictum norant, adeo ut locum natiuitatis non ignorari certo sibi persuaderent. Quin & stellam eius esse iam Spiritu sancto doctore didicerant, hunc filium David, filium Dei adoratum ibant; non igitur ut regem veneraturi, sed ut mundi saluatorem adoraturi veniunt. saluatoris Non ergo singulari tantum potentia, & dignitate re-

gem, sed ut omnium redemptorem colebant. Fidem igitur illis derogat, si iudicet eos putasse, fauorem eius ante tempus querendum, si forte contingeret eum orientali imperio potiri. Miseros sane, si infantem certa in paupertate, incerta regni spe colebant; reges ipsos & rerum Dominos negligebant: ne hoc quidem in mentem illis venit, ante adultam ætatem, potentiamque regis, se decreptos futuros, aut esse delicturos: si per nos fauorem regem Iudæorum Messiam intellexerunt, vult aper-

te contingeret eos orientali regno potiri; Nec enim ignorabant eius imperium fore ad mare usque ad fines orbis terrarum: verum de adoratione satis. Quæ vero Christo conueniat ut homini, alibi dicitur. Nunc hoc monitum cupio. Adorasse regem, ut iam in iuuenis honorem sibi delatum agnoscentem. Si enim infantem putarunt, more communi spe futuræ potentie tantummodo adorassent, quam poterant olim expectare remunerationem ex beneficio, quod non intelligenti contulerunt?

C 2

lerunt?

Regi  
ampli  
tradi:  
Regi  
ampli  
tradi:  
Regi  
ampli  
tradi:

Regi  
ampli  
tradi:

Regi  
ampli  
tradi:

Regi  
ampli  
tradi:

Regi  
ampli  
tradi:

Regi  
ampli  
tradi:

Regi  
ampli  
tradi:

Regi  
ampli  
tradi:

Regi  
ampli  
tradi:

Regi  
ampli  
tradi:

Regi  
ampli  
tradi:

Regi  
ampli  
tradi:

Regi  
ampli  
tradi: